Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

est ad uitium detorquendus: qui nobis ideo datus est: ut doctrinam dei per
pore possemus: Itaq; si uoluptas est. audire cantus & carmina: dei laudes
cantare & audire iocundum sit: hec est voluptas vera. que comes est: & socia
virtutis: hec non est caduca & brevis: ut ille quas appetunt: qui corpori
ut pecudes seruiunt: sed perpetua & sine ulla intermissione delectans: cuio
terminos si quis excesserit nihilq; aliud ex voluptate petierit: nisi ipsa
voluptatem: Hic mortem meditatur: quia sic uita perpetua mutatur
re est: ita mors in voluptate: Qui in temptationem aliquerit. carebit etenim:
Qui terrena pretulerit celestia non habebit: —

Qui uult tpalia carebit etiam.

AD voluptates autem saporis & odoris: qui duo sensus ad solum
corpus pertinent: nihil est: quod a nobis disputetur: nisi forte
quis exigit: ut dicamus turpe esse sapienti ac bono. si uentri
& gule seruiat: si unguentis oblitus & floribus coronatus incedat. Quis
facit itaq; insipiens & neptus & nihil est: & que ne odor quidem uir
tutis attingent: fortasse quispiam dixerit. Cur ergo illa facta sunt: nisi ut
his fruamur: At in. sepe iam dictum est: uirtutem nullam fuisse: ni
si haberent. que opprimeret: Itaq; fecit omnia deus. ad instruendum certa
men rerum duarum: Ego illecebre istre voluptatum arma sunt illus.
cum. unum opus est expugnare uirtutem. nisi cumq; ab hominibus
excludere. His blandimentis & suauitatibus titillat animas: Scit in. quia
mortis est fabricatrix voluptas: Nam sicut deus hominem ad uitam non
nisi per uirtutem ac laborem uocat: ita ille ad mortem per delicias. ac volup
tates: & sicut ad verum bonum per fallacia mala: sic ad verum mala ve
rum malum per fallacia bona pueniunt. Cauenda sunt igitur oblecta
menta ista tanq; laquei. ne placere: ne suauitudinum mollicie capti: sub
ditione mortis cum ipso corpore redigamur: cui nos in mancipauimus: —

.XXII.

DEuio nunc ad eam: que percipitur ex tactu voluptate: qui sensus
est quidem totius corpis: Sed ego non de ornamentis aut uesti
bus: sed de sola libidine dicendum mihi puto: que maxime
cohercenda est: Quia maxime nocet. Cum excogitasset deus duorum sex
uum rationem: attribuit his: ut se mutuo appetierent: & coniunctione
gauderent: Itaq; ardentissimam cupiditatem cunctarum animantium corpi
bus. admisent: ut in hos affectus uiuidissime ruerunt ruerent. ad propa
gationem propagandi & multiplicandi genera possent: que cupiditas & appetentia
in homine uehementior & acrior inuenitur. Vel quia homini multitu
dinem voluit esse maiorem. vel quia virtutem soli homini dedit: ut esset
laus & gloria in coercendis voluptatibus & abstinentia sui. Scit ergo ad

.XXIII.

Quare in homine cupiditas corporis maior.